



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,  
tum pro Pœnitentibus**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

De blasphemia, paragr. 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

misceuisti Sacra profanis: erit et-  
iam peccatum contra cultum  
debitum rebus sacris, si per ma-  
leficium, intendisti mortem vel  
rem alicujus, erit homicidium,  
vel furtum; si præter commer-  
cium adorasti dæmonem, erit  
Idololatria; & sic de similibus,  
ut ex se patet f

f Lege in  
simili Sā-  
chez l. 2.  
in dec. c. 38  
n. 66.

C A P V T. III.

Circa secundum Decalogi  
præceptum.

§. 1.

De Blasphemia.

17 **Q**uamvis probabilius, a Sua t. 1.  
sic Blasphemias con- de rel. tr. 3  
tra Deum, contra beatissimam l. i. c. 6.  
Virginem, & contra Sanctos n. 18. & 19.  
differre specie; tamen cum pro- Sanc. in  
babile sit non differre, satis erit dec. l. 2.  
c. 31. n. 32.

H.

Li

134 Lib. 1. Cap. 3. §. 1.

si in Confessione aperiatur nu-  
merus Blasphemiarum, nec ex-  
plicare opus erit, fuisse contra  
Deum, vel Beatissimam Virgi-  
nem, vel contra Sanctos. b Ratio  
autem, quod non differant est,  
quia cum omnes communiter  
honorent Sanctos, non ob præ-  
cisam, propriamque ipsorum ex-  
cellentiam, sed quia ad Deum  
ipsi Sancti referuntur; ideo nec  
iuria eos per blasphemiam af-  
ficiunt, nisi quatenus ad Deum  
referuntur; ab uno ergo, eodem  
que Deo omnes blasphemia  
specificantur.

18 At si quando forte Blas-  
phemia sit hereticalis; tunc pro-  
pter superadditam speciem her-  
esis, id esse explicandum c ex  
supradictis constat.

Qua ratione qui uno impetu  
plures blasphemias profert se-  
mel peccet, dixi supra c. 1. §.  
n. 50.

b Azor  
apud Diā.  
p. 1. tr. de  
circum-  
stantiis  
aggrav.  
r. p. 50.

c De Lug

p. 16 sec. 5

p. 272.

§. 2 D